



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto donato martyre. Cap[itulum]. clxv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mēse martij occurrētibz So. lxxi.

honorifice sepelientur: qui passus est kal. mar-
tij. Hec gregorius. iij. dialogo cap. xij.

De sancto albino epō. Cap. clxliij.



Albinus ep̄s tēpo

re sancti egidij abbat̄is floruit. hic de regione Venetina: que
oceanū britanniā confinis est:
nobilibus parētibz ortus t̄ini
lacen. monasterij primo mona-
chus fuit. Qui cum aliq̄n ad obedientia abba-
tis perficiendam pergeret: et subito tempestas
nimis ingrueret: et dom⁹ ad quā cū alijs diuer-
terat ipsa tempestas etiā rectū contriuisset: om-
nibus alijs qui in eadem se domo reduxerunt
madefactis: ipse solus a pluuia immunis fuit.
Deinde annoz. m. c. xxv. existēs ip̄s monaste-
rij abbas factus est. Qui ip̄i regimini laudabi-
liter p̄fuit annis. xxv. Post hęc anno: iij. an-
degauis ep̄scopus ordinatur. Eureq; pastora-
li vigilanter infedit annis. xx. diuinis operib⁹
vacās multisq; miraculis conuēcās. Inter que
duos mortuos suscitauit. In asiaco monasterio
cecum illuminauit: et mulierem dudum ab im-
mundo spiritu vexatam liberauit. In ande-
gaueñ. ciuitate sedis sue: dum pro carceratis in
turri detentis ad iudicem interuenisset: nec ali-
cuius liberationem obtinere potuisset: oratio-
nem fudit. Stratimq; saxum quadrum de muro
turr̄is exiliens: inclusis extēndi aditum fecit:
omnesq; continuo exierunt et deo ac sancto gra-
tias egerūt. Quēn̄ in pace kalen. martij. Se-
pultus andegauis. In cuius exequijs paraly-
ticis tres sanati et duo cec̄i illuminati sunt.

De sancto donato martyre. Cap. clxv.



Donat⁹ marty: ap̄d

carthaginē ap̄hricę ciuitatē pas-
sus est. Qui sub iudice nisario
et marcellino tribuno: cū ec̄t mi-
litaris: in xp̄i cōfessione gladio
cedēte martyriū coronam p̄cepit kalendas mar-
tij: vt dicit ado.

De sanctis pluribus martyrib⁹. Cap. clxvi.



Martyres plurimi: quo

rum t̄n certus numerus minime re-
perit. Rome sub alexandro impera-
tore passi sunt. Quos idem august⁹
diu cruciatos capitali sentētia in extremo dam-
nauit. vi. noñ. martij. Hec ado in martylogio.

De sanctis quadringētis mar. Cap. clxvij.



Quadringenti fere

martyres a lōgobardis passi sūt.
Quos cum lōgobardi italiā de-
uastantes cepissent: more suo im-
molauerunt caput capre diabolo.
Hec clx conferentes per circuitū et carmine ne-

phando dedicantes. Eūq; illud ip̄i p̄zins sub-
missis ceruicibus adozarent: eosq; quos cepe-
rant hoc adozare pariter compellebant. Sed
ex eisdem captiuis permaxima multitudo pau-
cis videlz exceptis obtemperare iussis sacrile-
gis noluit: et cernicē quā semper creatori flete-
rar: creature inclinare contēpsit. Quapropter
hostes qui eos ceperant graui iracundia accen-
si: cunctos gladijs interfecerūt. Quos in erro-
re suo particeps habere nequiterunt. Hec gre-
gorius. iij. dialogo. cap. xvij. Qui passi sunt se-
xto nonas martij.

De sc̄is pluribus ep̄is mar. Cap. clxviij.



Ep̄scopi plures mar

tyres: quozum etiam nec cert⁹ nume-
rus scriptus colligitur: iustitiam au-
gusti temporibus apud ap̄hricā passi
sunt. Nam cum persecutio vandolica in parti-
bus illis vehēmenter insaniret: quidam in de-
fensione veritatis ep̄i fortiter persistēs ad me-
dium sunt deducti. Quos vādalo: rex verbis
ac muneribus flectere ad perfidia non valens:
tormentis frangere eos posse credidit. Nā cū
eis in ipsa defensione veritatis silētū indiceret:
nec tamen ip̄i contra perfidia tacerent: rapt⁹
in furorem eozū linguas abscidi radictus fe-
cit. Qui ita post pro defensione veritatis etiam
sine lingua loquebantur sicut p̄zins loqui p̄ lin-
guam consueuerant. Hos omnes iussit postmo-
dum idem rex in exilium deportari. Qui multo
post tempore superuixerūt. Et quidam ex ip̄is
miraculum narrantes constantinopolim uen-
runt: vnus autem illozū statim vt in luxuriam
decidit loquēdi facultatem amisit. Hec idē qui
et vbi supra cap. xxij.

De sanctis Jouino et Basileo
martyribz. Cap. clxix



Iouinus et Basile

us martyres Rome via latina
passi sunt sub Valeriano et Bas-
lieno imperatoribus. Qui per
gladium palmam martyriū per-
ceperūt sexto nonas martij: vt

dicit Ado.

De sancto Guillelmo presbytero. Cap. clxx.



Guillelmus angli

cus sacerdos vir charitativus:
sanctitate vite pollens ac mo-
bus: et officij sui persecutor stre-
nuus tempore henrici. iij. impe-
ratoris plen⁹ sanctitate migra-
uit ad xp̄m. vi. noñ. martij. Ad cuius sepulchrū
tpe mortis ei⁹ cec̄i illuminati sunt: claud̄ erect⁹:
et aliq; plures a diuersis infirmitatibus liberati.
vñ et corp⁹ ei⁹ a multis pegrinātib⁹ visitat⁹ per-
gentib⁹ ad ip̄m deuotionis cā. Hec vincētius.